



*Βραβεύομεθα*

MAGNIFICO, NOBILISS.  
 ET CLARISS. VIRO,  
**DN. VALENTINO**  
**JÖPNERO, J. U. D. SAC. LAT.**  
 PALATII, AULÆ CÆSARIÆ,  
 ac Imperialis Consistorij COMITI, &c.  
 DOMINO PROMOTORI ET COM-  
 patri suo singulariter honorando,

CUM  
 HONORATISS. ET LECTISS. FOEMINA  
**DOROTHEA,**  
 CLARISS. ET EXCELLENTISS. VIRI  
 DN. D. PAULLI PLEISNERI,  
 Physici-Medici apud Freibergenses primarij,  
 Filiã dilectissimã,

ET  
 Ornatissimi quondam juxtã ac Prudentiss. Viri,  
 DN. GODOFRIEDI SCHONLEBII,  
 Senatoris Freibergensis, p. m. relictã viduã,

*Matrimonium Freibergæ, 20. Febr. Anno 1616.*

*Christiano & solempni ineunti auspicio,*

*In nuptijs exhibita,*

M. ANDREA QVELMALTZ, P. L. C.

F R E I B E R G Æ

Hermundurorum, Typis Georgij Hoffmanni, Anno 1616.



INSIGNIA JÖPNERIANA.



**S**Urrectum ostentat JÖPNERI Stemma LEONEM,  
 JUNIPERUM, & LAURUM. Quid sibi signa volunt?  
 Autumo: JUNIPERUS tangentes pungit acutis  
 Frondibus: at LAURI fronde notatur honos.  
 Hunc qui vult partum, primùm aspera sentiat. Unus,  
 Qui, ceu JÖPNERI stat LEO, utrumq; potest.

M. A. Q. P. L. C.



**E**S COMES. *Eximium decus Imperiale*, profectum  
A JOVE ROMANO, JOVA moderante, per  
illum

ORTENBURGIACUM, nulli virtute secundum,  
BERNHARDUM COMITEM, cui facta æterna potestas,  
Consensu IMPERII, COMITES signare PALATI!  
*Eximium*, repeto, *decus Imperiale!* Theonis  
Quanquam grex, nasum qui Rhinocerotis habere  
Se blaterat, COMITEM, COMITIS ditione carentem,  
Pro nihilo ducit. Sed quàm pueriliter erret,  
Ex *Lancelotto*, (locus est in margine chartæ;)  
Qui minimè dubitat COMITEM æquiparare PALATI  
Cum COMITE IMPERII, COMITATUS arva tenente,  
Atq; ex concessâ vi, Sole est clarius ipso.

Magnus honor quondam est habitus, quòd pen-  
niger Hermes

Nuncius extaret Divorum, & diâ doceret  
Jussa homines. Longè verò præstantior est laus  
ROMANUM, meriti si consecrantur honores,  
Egregijs virtute Viris, aut Arte politis,  
INDUPERATOREM repræsentare per orbem.  
Ille enim ad arbitrium Divorum jussa ferebat  
Singula, non proprio nutu, quæ vellet, agebat.  
At COMES, indultu regali CÆSARIS, ornat,  
Quos non indignos offendit, honoribus æquis,  
Pro placito, haud aliter, quàm si ipse CÆSAR adesset.

In tēplo  
omniū  
judiciū  
l. 1. c. 1.  
§ 4. vers.  
Comi-  
tes Pa-  
latinos  
per Dd.  
in l. 1.  
de offic.  
ejus.

Lib. 2.  
de juris-  
dict.  
part. 1.  
cap. 6.  
memb.  
1.

Hinc, LATERANE COMES, confers INSIGNIA Gentis,  
Restaurásve: creas DOCTORES, atq; MAGISTROS,  
Quos reliquis æquat DOCTORIBUS atq; MAGISTRIS  
Matthias Stephani, multis rationibus utens.  
LEGITIMAS ILLEGITIMOS, si nomina justæ  
Justa adsint causæ. Quicumq; NOTARIUS esse  
Percupit, esse potest, paritérq; TABELLIO, per TE.  
Quinetiam LAURU, quam vertice CÆSARIS alma  
MAJESTAS gerit ipsa suo, sacra tempora Vatum  
Cingis. Næ! decus est hoc, (illa priora tacebo;)  
Quod vates nullis vellent mutare talentis,  
Quanquam vulgus amat fatuos, quia noscere nescit  
Vates. Vulgus amet fatuos, dum, CÆSARIS amplo  
Indultu, COMITIS dat dextra vicaria LAURUM.  
Nubila quis curet, sibi dum Sol splendet ab axe?  
Quis corvos metuat, dum se Jovis obtegit ales?  
Id quod & in nostris, invento emblemate pulchro,  
Delignâsti ARMIS, in quâs JOVIS ARMIGER, aurêa  
Desuper à SOLIS facie illustratus, obumbrat  
Alarum obtentu CALAMUM SCRIPTORIUM, utrinq;  
Implicitum LAURU; veluti duo BRACHIA binis  
Compta VIRI, supra galeam, ornant tempora fertis.  
Tu potes hos, inquam, dignis sacrare decores,  
Quos sacrare Midas nequit, etsi vertit in aurum  
Omnia, quæ leviter tangit, per fâsq; nefâsq;:  
Tu potes, invidiâ quamvis fremat Orbis & Orcus.  
Unde

Unde autem seges hæc sortis TIBI surgere cœpit?  
Ansa fuit non humani tantùm aura favoris;  
Majora egerunt hanc causam Numina. Nempe  
Quandoquidem à teneris fidus COMES usq; fuisti  
PALLADIS, èsq; ipsam per multa Lycæa secutus,  
Per multas urbes, studij cum laude perenni,  
Æmula nequaquam potuit Dea JUNO MINERVÆ  
Concoquere hunc cultū, nisi Te quoq; jungeret æquā  
Sorte sibi COMITEM, Téq; ad sacraria HONORÆ  
Perductum, tanto decoris, quod, Solis ad instar,  
Lumina bubonum stringit, cumularet acervo.

Quid tandem factum est? voluit quoq; tertia Diva,  
Diva VENUS, casti cælestis mater Amoris,  
Te COMITEM esse suum; quocirca ad mœnia nostræ  
Urbis stipavit, licitâq; cupidine victum  
Atq; ictum, jungit thalamo, quem Juppiter optet  
Præ gremio Danaës, imò præ Conjugis ulnis.

Maecte COMESTRINO divarum hoc munere, non TE  
Pœniteat COMITEM per singula fata fuisse!  
Sic Paride es multò multò felicior. Ille  
Gratus erat VENERI tantùm, solâmq; Lacænam,  
Quæ formosa quidem, sed erat simul improba pellex,  
Ex pacto obtinuit; reliquis invisus in ævum  
NUMINIBUS, Patriam funesto perdidit igne,  
Ceu portenderunt prægnantis somnia Matris.  
Tu verò, in quo uno decorando Numina trina hæc

Conspiraverunt, Gallinæ filius albæ  
Indubiè es gravidæ visus per somnia Matri,  
Indèq; non solùm Patriam decorásq; juvásq;,  
Sed capis & **COMITEM**, formâ quæ vincere possit  
Tyndariden Helenam; sed erit fidissima Conjux:  
Quippe **DEI DONUM** Græco sermone vocatur.

Quare age, dum insolitum quiddam datur ansa  
creandi, (dens,

Nempe novo in thalamo **COMITISSAM**, protinus au-  
Quantum **CÆSARIO** non es diplomate jussus,  
Utere sorte tuâ; **COMES** hîc ne segnior esto.

**DOROTHEAM** **COMITARE** tuam, quò cælica utrumq;  
Fata tori vocitant. Reliquum castissima, tanquam  
Actûs ignoti præses, Cytheréa docebit.

Sic facies, quod **TE NEONTMPHUM** condecet, & ceu  
Non indignus eras **JUNONE** & **PALLADE**, sic nec  
Castâ eris indignus **CYPRIA COMES**; Imò patrabis  
Complures **NATOS**, **COMITES** connubij honoros,  
Qui patrizando **PATRIOS** mereantur **HONORES**,  
Adjutiq; pari **Divarum** sorte, capessant.

Hoc age magne **COMES**! Sic **TE** monet entheus

**HYMEN:**

Sic **SOCERO**, qui **TE**, tanquam Virtutis & Artis  
Infractus Cultor, propter Virtutis & Artis  
Amplatarophæa, **PRO CUM** præ cunctis prætulit unum;

Sic

Sic SOCRUS spes facta monet: Sic NOMINIS omen  
TE VALIDUM esse jubet thalamo: Sic bella meretur  
NUPTA: Licet VIDUUM tenus hanc traduxerit ævū,  
Nil cures: VIDUAM hanc multi præ VIRGINE  
malint:

Sic moneo VATES, qui, nempe Hymeneius hospes,  
Non modò vobiscum BACCHO CERERIQ; litabo,  
Sed pariter ZYGIAE celebrabo domestica festa:

Sic Te LIVORIS ciet expectatio: Quanquam  
Nil curare jubent ipsum tua SYMBOLA, paullum  
Attamen hîc cures, ut sese maceret ultrâ  
Prosperitate tuâ. Reliquum tuus ille patenti  
Excipiat rictu LEO, & atterat ungue recurvo.

Vel, si vis paullò, ceu vulgò es, mitior esse,  
Fac, modò JUNIPERI frondes sentiscat acutas.

TE verò, atq; tuam COMITISSAM, & PLASMATA  
quævis,

Improba mordacis contra omnia fulmina lingvæ,  
Defendat LAURUS tua. Sic præsignibus æquo  
Marte satisfacies ARMIS, COMITISQ; decori.  
Verùm quid moneo? *Qui per sua facta paravit  
Tanta brabéa sibi, quî, queso, nesciat uti?*

F I N I S.

F I N I S

Tanta brabe huiusmodi quae nescit nisi  
 Virtus quid nomen? Qui per sua facta  
 Martis laudibus ARMIS COMMITTESSA  
 Deturbae IANUS tua. Sic praesentibus quo  
 Inproba monachis contra omnia fulmina regna  
 Te vobis adi; unum COMMITTESSA & PLASMATA  
 Prae, pro, & JUMPERI honores tenent scias.  
 Vel, n, v, mille, curvulo, & turris esse  
 Exchistit in labo, & electingne tecnico.  
 Proportione tua. Reliquum tuae the patenti  
 Antiqua sic curas, ut se nescit nisi  
 In curas, nescit nisi in SYMBOLA, primum  
 Sic Te LIVORIS est, caput: Quodnam  
 Sed pariter XITAE celebris domus scias  
 Montibus volucrum BALCONO C. R. R. R. R. R.  
 Sic monacho VATES qui nescit nisi  
 In curas; VITAM hanc nescit nisi VITAM  
 Sic ORBI hanc nescit nisi: Sic OMNIBUS



QR. 250, 9

MAGN  
E  
DN. V  
JÖPNI  
PALAT  
ac Im  
DOMIN  
pa  
HONORA  
DO  
CLARI  
DN. D.  
Physici  
Ornatissim  
DN. GO  
Sena  
Matrin  
M. AND  
Hermund

ISS.  
NO  
AT.  
RIÆ,  
COM-  
MINA  
A,  
IRI  
ERI,  
ij,  
fs. Viri,  
BII,  
16.  
L. C.  
16.

Zc  
362

